

**Hochschule für Musik und Tanz Köln -
Hochschulbibliothek**

Octo-tonium ecclesiastico-organicum

**Panzau, Octavian
[Augsburg], [ca. 1790]**

Titelblatt

[urn:nbn:de:hbz:kn38-1541](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:kn38-1541)

OCTO - TONIUM
Ecclesiastico -
ORGANICUM:

Seu
Fugæ
ex

Octo Tonis Ecclesiasticis,

stylo gravi,
juxta regulas

Contra - Puncti duplicis ad Octavam,
addito etiam

Motu Contrario
elaboratæ,

ad usum Ecclesiarum,
pro Officio Choralis

Sub offertorio, et Communione,
destinatæ;

Organædis,

Harum fortè penuria laborantibus,
aut

ut Varietas Delectet,

lubenti animo

Communicatæ

a minimo eorundem Collegæ,



Octaviano Panzau

Can. Reg. ad S. Gr. Augustæ Vindel.

Decano.

Cum Gratia et Privilegio Sacræ Cæsareæ Majestatis

Johannes Christianus Leopold excud. Aug. Vind.





Reverendissimo ac perillustri
Domino, Domino

IOANNI BAPTISTÆ,

Canonic. regul. in celeberrima et antiquissima
Canonica ad S. Crucem Augustæ

PRÆPOSITO,

Abbati Lateranensi,

nec non

eiusdem S. Ordinis per diocesin Augustanam
Visitatori generali, etc.

Domino gratioso,

hæc Musarum in S. Cruc. canonica
concinentium specimina
devota mente

D. D. D.

Ioannes Christianus Leopoldus.

Redit ad Te, reverendissime atque perillustre Abbas, Domine gratiose, quod Tuon est, et ex Tuis profectum, octotonium ecclesiastico-organicum, quod Augustanis Musis, quæ Deo sacratæ indefinenter et cum cura non gentilem lyram tractant, sed divinos in laudem Trini Numinis, et imprimis Salvatoris S. cruci affixi hymnos concinunt, debetur. Ea enim Tua, Præsul vigilantissime, singularis laus est, quod sub sapientissimo moderamine Tuo nihil eorum, omittitur, quorum observantiam sacræ militiæ adscriptis injunxit fundator sapientissimus celeberrimi ordinis, divus Augustinus, doctor ecclesiæ in tantum laudandus, in quantum pietatis et immortalia de ecclesia Christi merita intelligi possunt. Ad quæ cum psalmi et musica requirantur, et, quæ ab antiquissimo tempore in ecclesia obtinuit, cantus, quid magis in Te Tuæque familia sacra laudandum est, quam quod illud, quod divinæ psalmodiæ auctor, eminent. card. Io. Bona inculcavit, accurate tuemini, ne ejus usus ad illicitam voluptatem assumatur, quod sancti patres ad effectum pietatis instituerunt; cum talis debeat esse sonus, tam gravis, tam moderatus, ut non totum animum ad sua rapiat oblectationem, sed eorum, quæ cantantur, sensui et pietatis affectui majorem relinquat portionem. Huc cum auctor hujus octotonii, filius Tibi carissimus, potissimum respexerit, ingratum minime Tibi illud fore, prorsus confido. Ast cum observantiæ atque venerationis, quam Tibi, reverendissime me Abbas, debeo, monumentum aliquod extare vehementer cupiam, qui tot benevolentiae specimina per viginti, et quod excurrit, annos a Te vidi, ex quo me vicinia juxit canonice celeberrimæ, folia hæc a Tuis profecta, reverendissimo atque perillustri Nomini Tuo, inscribere volui. Deum oro, ut Te, præfulem dignissimum, et quibus præes, sacræ religionis alumnos omni beatitudine cumulatos florentesque diu cantare laudes ejus, qui regnat in excelsis, permittat, et clementiæ testimonia indices majora explicet.